



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Correctionis impedime[n]ta sunt quinq[ue]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Correctionis impedimenta sunt  
quinque.*

Primum est, indiscreta humili-  
tas. Vnde P. Augustinus loquēs Augus.  
prælatis dicit. Cum necessitas  
disciplinæ in moribus cohæredis di-  
cere uos dura uerba compellit, si etiā  
ipſi modum uos excessisse sentitis,  
non à uobis exigitur, ut à uobis sub  
ditis ueniam postuletis, ne apud eos,  
quos oportet esse subiectos, dum ni-  
mum seruatur humilitas, regendi  
frangatur auctoritas. Et Paulus ad Ti-  
tum. dicebat. Loquere, & exhortare,  
& argue cum omni imperio. Et Isydo-  
rus. Qui blando nerbo castigatus  
non corrigitur, necesse est ut argua-  
tur. Cum dolore enim abscondenda  
sunt, quæ leniter sanari non possunt.  
Secundum est, timor scandali. Con-  
tra quem in Matthæo legitur, cum di-  
ceretur Christo. Scis quia Iudei au-  
ditio hoc uerbo scandalizati sunt. Ille  
respondens ait. Omnis plantatio,  
quam non plantauit pater meus cœle-  
stis, eradicabitur, sinite eos, quia cœ-  
ci sunt, & duces cœcorum, &c. Et  
Gregorius. Melius est, quod scanda-  
lum oriatur, quam quod ueritas relin- Grego.

Tit. 20

Mat. 15

Isyd.

CHRISTIANA

quatur, sicut, uitæ, doctrina, &  
iudicij. Tertium est, timor munda-

**Grego.** nus, uel humanus. Vnde Gregorius

dicit. Sæpe nanque rectores impro-

uidi humanam amittere gratiam for-

midantes, loqui liberè & recte per-

mescunt. Quartum est, indiscreti  
remissio, de qua exemplum habetur

**I. Re. 3.**

in primo Regum cap. tertio de He-

ly, qui remissè arguebat filios suos di-

cens. Quare facitis res huiuscmodi,

**Hieron.**

quas ego audio? &c. Vnde Hierony-

mus Hely, qui filios delinquentes fe-

rire noluit, apud districtum iudicem

semetipsum cum filiis crudeli dama-

tione percussit. Et Isydorus. Nimirum

pietas dissolutionem discipline partu-

rit. Quintum est, defectus bonæ uitæ.

Vnde Gregorius ait. Nam sermo

dulcedinem non habet, quem uitare

proba intra conscientiam remorde-

**Apo. 4.**

**P**rimo, procedere debet ex amo-

re. Apoc. quarto. Quos amo

arguo, & caligo. Et apud Isa-

iam legimus. Egredietur uirga de ra-

dice Iesse, &c. Iesse interpretatur in-

cendium, de incendio ergo amoris de-

*Correctio debet fieri quin-*  
*que modis.*

**Isa. 11.**